





141

# IOANNES CAROLUS LUDOVICUS, COMES PALATINUS RHENI

licet plerique interpretum horum verborum nervum vel affectum non  
sint, vel negligentiores notare omiserint? Et quis negabit, alterum de-  
votionis genus per integrum carmen ubique esse conspicuum? Non est  
igitur, cur quis existimet, quod visum fuit TAFFINO, seculari carmen  
cum his, quae Iudis Apollinaribus recitari solebant, confudisse ACRONEM.  
Sed alia sese nobis offert quaestio, in qua resolvenda pariter calculum  
nostrum adjicere haud possumus Celeb. PETRO TAFFINO, num prius-  
ter illud Horatianum carmen seculari, cuius vix mentionem fecimus,  
etiam reliqua duo hujus Poetae carmina, quorum alterum Odar. Lib. I.  
od. XXI. alterum vero Lib. IV. od. VI. occurrit, & carmen seculari,  
quod à CATULLO consecrptum legitur, veri nominis secularia carmi-  
na sint habenda? Licet enim, quod ad CATULLI carmen adinet, à  
TAFFINO neutquam dissentiamus, & facile largiamur, hunc vatem secu-  
laribus Iudis interfuisse nullis, odamque istam nunquam fuisse recita-

*Conditio mitis placidusque telo  
Supplex audi pueros Apollo.*

quam Poeta sic canit:  
cui non in oculos incurrat hujus carminis devotio pro vitanda pestilentia,  
tum & Epodon libro adnexum luculentissime demonstrat. Quis enim est,  
laude dignissimum HORATII carmen seculari AUGUSTI iussu conse-

47

IOANNES CAROLUS  
LUDOVICUS,  
COMES PALATINUS RHENI,  
DUX BAVARIÆ, COMES VEL-  
DENTIÆ ET SPONHEMII, rel.  
UNIVERSITATIS TUBINGENSIS  
RECTOR

L. S.



Inter suspiria & gemitus, quibus omnes dulcissimæ Germaniæ nostræ provinciæ, vel gravissimas belli calamitates passæ, vel eas extimescentes & afflictarum tristissimam sortem miserantes, personant, minus quidem, ut videri posset, opportune, at juste tamen, neque reluctante animo, ad lætitiæ & gaudia vos excitamus. Secularem enim solemnitatem lætibus instituit amicissima nobis & de literarum studiis non minus quàm de puriorum sacrorum custodia & propagatione insigniter merita Musarum sedes, Academia Salana, & pro arctissimo, quod inter omnia bonarum artium emporia intercedit, vinculo, ad plausuum suorum & tripudiorum consortium nos vocat longè jucundissimum. Neque verò hæc prima est, quæ ipsi contingit, felicitas, ut integram centum annorum periodum emensa inconcussam se & florentem videat, sed altera jam vice seculares ludos instruit, & tertium ingressura seculum pia concipit vota. Nemo ex antiquorum auctorum lectione adeò hospitem retulit animum, quin sciat, quanta cum pompa & quanto cum apparatu festum egerint & celebrarint secularem annum veteres Romani, quippe quibus solemne fuit, omnis generis expiationibus, sacrificiis, pervigiliis, sumtuosissimos quoque ludos adungere. Nolumus in hunc campum excurrere, quem haud pauci doctissimorum virorum jam peragraverunt, qui data opera hanc spartam ornandam susceperunt, inter quos ONIPHRIUS PANVINIO & PETRO TAFFINO primariam deberi laudem, nemo forte est, qui eat inficias. Quamvis autem eorum & industria & perspicacia summa nihil ferè non pervestigat-

EUIZ,

tum, intactum nihil reliquerit: tamen negare haud possumus, nos in ea versari opinione, ut in hoc argumento & maxime in eo, quod ad Carmen seculare veteribus usitatum pertinet, spicilegio alicui locum adhuc esse censeamus. Persuasum autem habemus, nihil nos ab instituti nostri ratione alieni facturos esse, si de carmine veterum Romanorum seculari nonnulla præfati fuerimus.

Arbitrariæ religionis partem habitum haud fuisse carmen seculare, vel ex eo jam intelligitur, quod notissima Sibyllæ carmina, quibus universa hæc solemnitas nitebatur, hunc quoque ritum injungant, quæ pro ut à ZOSIMO recitantur, hac de re sequentem in modum pronunciant:

—, αἰδομένοι τε Λατῶν  
 Παιῶνας, κέρως κέρως τε ἦνδ' ἔχουσι  
 Ἄδουάτων.

Notum porro est, cantari illud debuisse à ter novenis pueris totidemque puellis, iisque & patrimis & matrimis, quorumque parentes confarreationis ritu matrimonium iniissent, quod ipsum Sibyllini carminis versus insequentes, neque à nobis, ne nimis prolixi simus, exscribendi, fatis superque docent. Confirmat id quoque, cujus vix meminimus, ZOSIMUS, qui carmen illud tertio demum die & in æde quidem Apollinis Palatina cantatum fuisse addit, quando lib. II. Historiæ novæ ita loquitur: Die tertio in Apollinis æde Palatina ver novem illustres pueri cum totidem virginibus, omnes utrimque florentes, hoc est, qui ambos parentes superstites habent, hymnos & pæanas græca romanaque lingua canunt, quibus subiectæ Romanis urbes servantur. Constare verò ex his potest, ex Pæanum genere, adeoque celebrandis Deorum laudibus, votisque pro imperii incolumitate nuncupandis, destinatum fuisse carmen seculare. Neque huic adversatur, quod ACRON, vetus HORATII interpretes notavit, secularis carminis duplicem devotionem fuisse, alteram pro sedanda aut vitanda pestilentia, alteram pro certo & constituto numero annorum, cum hoc nihil aliud dicat, quam carmen seculare adhibitum fuisse, cum ad omne malorum genus averruncandum, tum ad reipublicæ perennitatem stabiliendam atque confirmandam, quod ita se habere, elegantissimum & immortalis, qua gaudet, laude dignissimum HORATII carmen seculare AUGUSTI jussu confectum & Epodon libro adnexum luculentissime demonstrat. Quis enim est, cui non in oculos incurrat hujus carminis devotio pro vitanda pestilentia, quum Poëta sic canit:

Condito mitis placidusque telo  
 Supplices audi pueros Apollo.

licet plerique interpretum horum verborum nervum vel affectum non sint, vel negligentiores notare omiserint? Et quis negabit, alterum devotionis genus per integrum carmen ubique esse conspicuum? Non est igitur, cur quis existimet, quod visum fuit TAFFINO, seculare carmen cum iis, quæ ludis Apollinaribus recitari solebant, confudisse ACRONEM. Sed alia sese nobis offert quaestio, in qua resolvenda pariter calculum nostrum adjicere haud possumus. Celeb. PETRO TAFFINO, num præter illud Horatianum carmen seculare, cujus vix mentionem fecimus, etiam reliqua duo hujus Poëtæ carmina, quorum alterum Odar. Lib. I. od. XXI. alterum vero Lib. IV. od. VI. occurrit, & carmen seculare, quod à CATULLO conscriptum legitur, veri nominis secularia carmina sint habenda? Licet enim, quod ad CATULLI carmen adinet, à TAFFINO neutiquam dissentiamus, & facile largiamur, hunc vatem secularibus ludis interfuisse nullis, odamque istam nunquam fuisse recita-

tam

tum, intactum nihil reliquerit: tamen negare haud possumus, nos in ea versari opinione, ut in hoc argumento & maximè in eo, quod ad Carmen seculare veteribus usitatum pertinet, spicilegio alicui locum adhuc esse censeamus. Persuasum autem habemus, nihil nos ab instituti nosstri ratione alieni facturos esse, si de carmine veterum Romanorum seculari nonnulla præfati fuerimus.

Arbitrariæ religionis partem habitum haud fuisse carmen seculare, vel ex eo jam intelligitur, quod notissima Sibyllæ carmina, quibus universa hæc solemnitas nitebatur, hunc quoque ritum injungant, quæ pro ut à ZOSIMO recitantur, hac de re sequentem in modum pronuntiant:

—————, αἰδόμενοι το Λατῆος  
Παιῶνας, κέρους κέρους το νηὸν ἔχουσαν  
Ἄδονάτων.

Notum porro est, cantari illud debuisse à ter novenis pueris totidemque puellis, iisque & patrimis & matrimis, quorumque parentes confarreationis ritu matrimonium iniissent, quod ipsum Sibyllini carminis versus insequentes, neque à nobis, ne nimis prolixi simus, exscribendi, fati superque docent. Confirmat id quoque, cujus vix meminimus, ZOSIMUS, qui carmen illud tertio demum die & in æde quidem Apollinis Palatina cantatum fuisse addit, quando lib. II. Historiæ novæ ita loquitur: *Die tertio in Apollinis æde Palatina ver novem illustres pueri cum totidem virginibus, omnes utrimque florentes, hoc est, qui ambos parentes superstites habent, hymnos & pæanas græca romanaque lingua canunt, quibus subiectæ Romanis urbes servantur.* Constare verò ex his potest, ex Pæanum genere, adeoque celebrandis Deorum laudibus, votisque pro imperii incolumitate nuncupandis, destinatum fuisse carmen *seculare*. Neque huic adversatur, quod ACRON, vetus HORATII interpres notavit, *secularis carminis duplicem devotionem fuisse, alteram pro sedanda aut vitanda pestilentia, alteram pro certo & constituto numero annorum,* cum hoc nihil aliud dicat, quam carmen seculare adhibitum fuisse, cum ad omne malorum genus averruncandum, tum ad reipublicæ perennitatem stabiendam atque confirmandam. quod ita se habere, elegantissimum & immortalis, quæ cæteris

tam & pro mero ingenii fœtu habendam esse: licet porro defendendum  
jam haud suscipiamus, quod in ANTONIO MANCINELLO forsitan minus  
rectè reprehendit, qui priorem illam odam non secularium sed Apolli-  
narium ludorum occasione consecram fuisse contenderat: in eo tamen  
adstipulari viro doctissimo non possumus, quando tria illa Horatiana  
carmina eodem habet loco, & ejusdem indolis ac naturæ fuisse pronun-  
ciat. Quo certius enim est, nobilissimum illud Carmen libro Evodon

Litteris Cortanensis.  
TIRINGÆ.

41.  
celebrabit. Non dubitamus fore, ut omnes bonarum litterarum Patrores &  
Cultores splendendam hanc Panegyrii sui præsentia splendidiorem & fre-  
quentiorem reddant, sicque suum in litterarum studia amorem demon-  
strent, quod ut faciant perentrix rogamus.  
Per scriptum publicè sub sigillo Rectorali ipso Feste Purificationis  
Mariæ Anno c13cccl. VIII.

tam & pro merito ingenii sætu habendam esse: licet porro defendendum jam haud suscipiamus, quod in ANTONIO MANCINELLO forsitan minus rectè reprehendit, qui priorem illam odam non secularium sed Apollinarianum ludorum occasione consecram fuisse contenderat: in eo tamen adstipulari viro doctissimo non possumus, quando tria illa Horatiana carmina eodem habet loco, & ejusdem indolis ac naturæ fuisse pronunciat. Quo certius enim est, nobilissimum illud Carmen libro Epodon adjectum eò sine Augusti jussu conscriptum, ut in ludis secularibus ab hoc Imperatore editis veteri ritu caneretur, cantatumque fuisse: eò minus quoque dubitari potest, reliqua duo carmina, quorum illud à Pæanis genio profertur, hoc sub finem maximè abluere, utrumque verò magis rationem, qua Pæan sit canendus, præscribere, quam cantationem solemniter recitandam sistere videtur, diversæ omnino formæ, neque ad eundem usum fuisse accommodata, licet hæc odas Pæanis illius secularis occasione scriptas fuisse non diffiteamur. Facile quidem adduci possemus, ut credamus, prius quoque istud carmen, Lib. I. Od. XXI. extans, Pæanis loco publicè recitandi habendum esse, si ponere liceret, duplicem illum puerorum puellarumque chorum alternis vicibus & ad antiphoniarum modum sibi respondisse, qua ratione hymnum istum ita cantatum fuisse nobis persuaderemus, ut pueris canere exorsis: *Dianam tenera dicite virgines*, puellæ regessissent: *Intonsum pueri dicite Cynthium*, Latonamque supremo dilectam penitus Iovi, pueris deinde sequens, puellis vero duo ultima tetrasticha sibi invicem occinentibus. Et hæc profectò ratio carminis hujus, si cantatum fuisse statuatur, recitandi, licet à nemine, quod novimus, sic exposita, adeoque nulla auctoritate munita, facilè tamen magis se probabit, quàm quæ placuit TAFFINO, qui in *Opere Historico, Chronico & critico de Anno seculari veterum Romanorum*, IOAN. GEORG. GRÆVII *Thesauro Antiquit. Roman. Tom. VIII. inserto pag. 565*, ita rem explicat: *in primis Ode XXI. Lib. I. quam probavimus esse carmen seculare, hoc diversum ab altero carmine seculari habet, quod in ea chorus puerorum ac puellarum taceat, atque Poëta quasi choragum agens, alloquatur choros, adhortetur puellas, ut Dianam, pueros, ut Apollinem laudibus celebrent. Puto verò, dum Poëta illos alloquebatur, totum chorum gestibus & motibus ea, ad quæ faciendâ invitabantur, expressisse; subinde vultus precantium, subinde alios assumisse. Imo suspicari posset quispiam, eos eius verba paucis mutatis secutos fuisse & repetisse, vel certè laudes quasdam consuetas cantasse.* Quæ an non admodum sint dura & contorta aliis dijudicandum relinquimus. Quamquam vero is, quem indicavimus, hoc poema recitandi modus nihil continet, quod vero non sit simile, & sua forsitan etiam facilitate se commendat: non tamen deest, quod impediatur, quo minus in eo acquiescamus. Fuerunt quidem, qui in primario quoque carmine seculari choros alternantes admittendos esse censuerunt, & hi quidem primam secundamque stropham sapphicam hujus carminis ab utroque choro simul cantatam fuisse contendunt, tertiam puerorum, quartam quintamque puellarum, sextam vero & septimam atque octavam utrique iterum choro tribuunt, nonæ prius distichon puerorum, posterius vero puellarum choro assignant, sequentibus sex strophis denuo communi utriusque chori concentui adscriptis, quatuorque reliquis ita inter choros distributis, ut priores duæ à pueris, sequens autem à virginibus, & ultima denique ab utrisque recitata fuisse perhibeantur. Sed, ut verum fateamur, unicum obstat, quo minus ingeniosæ huic explicationi suffragium nostrum adjiciamus, adeoque nec de priore carmine latam sententiam ratam habeamus. Neque illud levioris momenti nobis esse videtur, cum ex ipso carmine Sibyllino superius jam excitato petimus sit, utpote in quo versus jam allegatos sequentia verba excipiunt.

Χωρίς δὲ κόρου χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,  
καὶ χωρὶς παιδῶν ἄρσκη παῖδες.

Quam



Quum enim hæc verba clarè definiant, puerorum puellarumque choros seorsum esse instituendos, quod omnino omnes antiphonias excludere videtur, & notum sit, quanta cum superstitione religiosa ejusmodi præscripta secuti sint veteres, vix ac ne vix quidem hæc sententia firmo niti fundamento dicetur, nisi forte quis eam chori utriusque separationem indicari statuatur, quæ mutuos & reciprocos cantus haud respiciat, quod nec affirmare cum fiducia nec negare audeamus. Quidquid vero hujus sit, & si detur etiam, tria hæc carmina & secularia &, ut canerentur, scripta fuisse, tanta tamen inter illa duo & hoc posterius, quod libro Epodon subjectum est, observatur differentia, ut nulli dubio sit locus, hoc solum fistere nobis solemnem illam precationem, qua ex præscripto carminis Sibyllini secularia vota nuncupari debebant, reliquis forsitan minori cum solemnitate adjectis, licet nobis planum haud sit, qua ratione id, quod Lib. IV. Od. VI. habetur, cani poterit publice.

Præter hæc verò, quæ hætenus de carmine seculari disputavimus, plura alia addi potuissent ad idem pertinentia argumentum. Sed redeundum est in viam. Non enim id agimus, ut lectorum animos disquisitionibus subtilioribus & longius petitis pascamus; verum ut ad júbila & plausus excitemus mentes, quum hodierna hæc lux Salanis Musis adeò læta & auspicata nostram Academiam non possit non etiam purissimo & profundissimo gaudii sensu perfundere. Uti vero feraci Illi optimorum ingeniorum matri & formatrici hanc suam auspiciatissimam solemnitatem faustissimis acclamationibus gratulamur, Ipsique bene precamur: ita omnes etiam, quotquot bonis literis favent, & iis colendis animum adjiciunt, in partes gaudii & votorum vocamus, ut nobiscum supremum in Cælis Numen venerantes, pro illius Universitatis incolumitate, perenni flore & indies majori incremento pias fundant preces. Quò verò luculentius appareat, quanti hanc nostram sororem, Jenensem Academiam, faciamus, & quantopere Ipsi benè cupiamus, peculiarem quoque solemnitatem institui curavimus, quæ crastino die hora decima ante meridiem adornabitur. Provinciam autem dicendæ & publico nomine vota nuncupandæ in se suscipiet elegantissimi ingenii Juvenis *Pereximius atque Præstantissimus Dominus AUGUSTUS FRIDERICUS BOECK, Stuttgardianus, Magisterii Philosophici Candidatus & illustris, quod heic floret, Seminarii Theologici Stipendiarius, qui Carmine Heroico Latino Jenensis Academiæ secularia festa celebrabit.* Non dubitamus fore, ut omnes bonarum literarum Fautores & Cultores splendidam hanc Panegyrii sua præsentia splendidiorem & frequentiore reddant, sicque suum in literarum studia amorem demonstrent, quod ut faciant perenitè rogamus.

Perscriptum publicè sub sigillo Rectorali ipso Festo Purificationis  
Mariæ Anno clbcccLVIII.

---

TUBINGÆ,  
Litteris Cottavianis.

Quum enim hæc verba clarè definiant, puerorum puellarumque choros seorsum esse instituendos, quod omnino omnes antiphonias excludere videtur, & notum sit, quanta cum superstitione religiosa ejusmodi præscripta secuti sint veteres, vix ac ne vix quidem hæc sententia firmo niti fundamento dicetur, nisi forte quis eam chori utriusque separationem indicari statuatur, quæ mutuos & reciprocos cantus haud respiciat, quod nec affirmare cum fiducia nec negare audeamus. Quidquid vero hujus sit, & si detur etiam, tria hæc carmina & secularia &, ut canerentur, scripta fuisse, tanta tamen inter illa duo & hoc posterius, quod libro Epodon subjectum est, observatur differentia, ut nulli dubio sit locus, hoc solum sistere nobis solemnem illam precationem, qua ex præscripto carminis Sibyllini secularia vota nuncupari debebant, reliquis forsitan minori cum solemnitate adjectis, licet nobis planum haud sit, qua ratione id, quod Lib. IV. Od. VI. habetur, cani potuerit publice.

Præter hæc verò, quæ hæctenus de carmine seculari disputavimus, plura alia addi potuissent ad idem pertinentia argumentum. Sed redendum est in viam. Non enim id agimus, ut lectorum animos disquisitionibus subtilioribus & longius petitis pascamus; verum ut ad juba & plausus excitemus mentes, quum hodierna hæc lux Salanis Musis adeò læta & auspicata nostram Academiam non possit non etiam purissimo & profundissimo gaudii sensu perfundere. Uti vero feraci Illi optimorum ingeniorum matri & formatrici hanc suam auspiciatissimam solemnitatem faustissimis acclamationibus gratulamur, Ipsique bene precamur: ita omnes etiam, quotquot bonis literis favent, & iis colendis animum adjiciunt, in partes gaudii & votorum vocamus, ut nobiscum supremum in Cœlis Numen venerantes, pro illius Universitatis incolumitate, perenni flore & indies majori incremento pias fundant preces. Quò verò luculentius appareat, quanti hanc nostram sororem, Jenensem Academiam, faciamus, & quantopere Ipsi bene cupiamus, peculiarem quoque solemnitatem institui curavimus, quæ crastino die hora decima ante meridiem adornabitur. Provinciam autem dicendæ & publico nomine vota nuncupandi in se suscipiet elegantissimi ingenii Juvenis *Pereximius atque Præstantissimus Dominus AUGUSTUS FRIDERICUS BOECK, Stuttgardianus, Magisterii Philosophici Candidatus & illustris, quod heic floret, Seminarii Theologici Stibendiarius*, qui *Carmine Heroico Latino Jenensis Academiae Secularia festa*





Pon Yc 476

ULB Halle 3  
005 579 49X



WD 78





141

# IOANNES CAROLUS LUDOVICUS, COMES PALATINUS RHENI, DUX BAVARIÆ. COMES VEL- DENTIÆ ET SPONHEMII, rel. UNIVERSITATIS TUBINGENSIS RECTOR

L. S.



nter suspiria & gemitus, quibus omnes dulcissimæ  
Germaniæ nostræ provinciæ, vel gravissimas belli ca-  
lamitates passæ, vel eas extimescentes & afflictarum  
tristissimam sortem miserantes, personant, minus quid-  
dem, ut videri posset, opportune, at iuste tamen,  
neque reluctante animo, ad lætitiæ & gaudia vos  
excitamus. Secularem enim solemnitatem latibun-  
da instituit amicissima nobis & de literarum studijs  
non minus quam de puriorum sacrarum custodia &  
propagatione insigniter merita Musarum sedes, Academia Salana; & pro  
arctissimo, quod inter omnia bonarum artium emporia intercedit, vin-  
culo, ad plausuum suorum & tripudiorum consortium nos vocat longè  
jucundissimum. Neque verò hæc prima est, quæ ipsi contingit, felicitas,  
ut integram centum annorum periodum emensa inconcussam se & floren-  
tem videat, sed altera jam vice secularis ludos instruit, & tertium in-  
gressura seculum pia concipit vota. Nemo ex antiquorum auctorum lec-  
tione adeò hospitem retulit animum, quin sciat, quanta cum pompa &  
quanto cum apparatu festum egerint & celebrarint secularem annum ve-  
teres Romani, quippe quibus solemne fuit, omnis generis expiationibus,  
sacrificiis, pervigiliis, sumtuosissimos quoque ludos adjungere. Nolu-  
mus in hunc campum excurrere, quem haud pauci doctissimorum vi-  
rorum jam peragrarunt, qui data opera hanc spartam ornandam susce-  
perunt, inter quos ONIPHRIO PANVINIO & PETRO TAFFINO pri-  
mariam deberi laudem, nemo forte est, qui eat inficias. Quamvis au-  
tem eorum & industria & perspicacia summa nihil ferè non pervestigat-  
tium,

41.